

Sextus

milis. Transuectusq; occurrente tauro mōte in specu mergitur. Subterq; lapsus a latere altero eius erū-
pit locus uocatur zoroanda. Eundem esse manifestum est quod demersa perfert. Alterum deinde tran-
sit lacum: qui tesbidis appellatur: rursusq; in cuniculos mergitur. & post. xxv. mil. pas. circa nympheū
redditur tam uicinum arsanix. Fluere eum in regionem arheni Claudius Cæsar auctor est: ut & cum
in tumuere confluant: nec tamen misceantur. Leuiorq; arsanias innatat. iiii. Mil. ferme spatio. Mox di-
uisus in euphraten mergitur. Tigris autem ex armenia acceptis fluminibus clavis partheni agni, cepha-
rione arabas oreos adiabenosq; disternas: & quam diximus mesopotamiam faciens iustratis mon-
tibus gordyæorum circa apameam mesenes oppidum: citra seleuciam babyloniam. cxxv. Mil. pass. di-
uisus in alueos diuos. Altero meridiem ac seleuciam petit mesenen perfundens. Altero ad septentrio-
nem flexus eiusdem gentis tergo campos cauchas secat. Vbi remiauerit aquæ pasitigris appellatur. Po-
stea recipit ex media choapsen: atq; ut diximus inter seleuciam & ctesiphontem uectus in lacus chal-
diacos se fundit: eosq; lxx. Mil. pass. amplitudine implet. Mox uasto alueo profusus dextra caracis op-
pidi infertur mari persico decimo ore. Inter duorum amnium hostia. xxv. mil. pas. suere. Aut ut alii tra-
dunt. vii. Mil. utroq; nauigabili. Sed lōgo tempore euphratem præclusere orcheni & accolæ agros ri-
gantes: nec nisi post tigrin desertur in mari. Proxima tigris regio paropotamia appellatur. In ea dictum
est de mesene. Oppidum eius dibitach iunguntur chalonitis cum ctesiphonte: non palmetis modo: ue-
rum & olea pomisq; aliiq; arbuttis nobilis. Ad eam peruenit zagrus mons ex armenia inter medos a-
diabenosq; ueniens supra parætacene & persidem. Chalonitis abest a perside. cccclxxx. Mil. pas. Tantū
a caspio mari assyria abesse compendio itinerum aliqui tradunt. Inter has gentes atq; mesenen sittace-
ne est: eadem arbelitis & palestinae dicta. Oppidum eius sittace græcorum ab ortu est & sabata. Ab oc-
casu autem antiochia inter duo flumina tigrin & tornadotū. Item apameæ cui nomen Antiochus ma-
tris suæ imposuit. tigris circūfunditur. Hæc diuiditur archoo. Infra est susiane: in qua uetus regia persa-
rum susa a Dario Histapis filio condita. Abest a seleucia babyloniam. ccccl. Mil. pas. Tantūdem ab egba-
tanis medorum per montem charbantum in septentrionali. Tigris alueo oppidū est babythace. Ab-
est a susis. cxxxv. mil. pas. Ibi mortalium soli aurum in odio contrahunt. Id defodiunt ne quo cui sit in-
usu. Susianis ad orientem uersus iunguntur cossæi latrones & mizeorum. xl. populi liberæ feritatis. Su-
pra eos patent parthusi mardī & faitæhyi q; prætenduntur supra helimaida: quam persidi in ora inxi-
mus. Susa a persico mari absunt. ccl. Mil. pas. qua subiit ad eam classis Alexandri pasitigri intus ad lacū
chaldaicum uocatur alphle. unde susa nauigatione. lxy. M. d. p. absunt. Susanis ab oriēte sunt chosiei.
Supra chosieos ad septentrionem mosobabatene sub monte cambalido: q; ē caucasī ramus. inde mol-
lissimo trāitu in bactros. Susianen ab elemaide disternat amnis euleus ortus in medis: medioq; spa-
tio cuniculo conditus: ac rursus exortus per mesobatenen lapsus circuit arcem susarum ac Dianæ tem-
plum augustissimum cum illis gentibus & ipse in magna cerimonia sit. Siquidem reges nō ex alio bi-
bunt: & ob id in longinqua portant. Recipit amnes edippum præter asylum a montibus persarum ue-
nientem ad unum ex susianis oppidum: iuxta eum magoga a carace. xv. pas. Quidam hoc in extrema
susiane ponunt solitudinibus proximum. Infra euleum elymas est. in ora iūcta persidi: a flumine oroa-
ti ad characen. ccxl. Mil. pas. Oppida eius seleucia & losirate apposita monti calyro Oram quæ præia-
cet minorum syrtium uice diximus inaccessam cœno plurimū limi deferentibus brixia & ortacea am-
nibus madente: & ipsa elymaide in tantum ut nullus sit nisi circuitu eius a perside aditus. Infestatur a
serpentibus quos flumina deportat: pars eius maxime inuia characene uocatur ab oppido arabia clau-
dente regna de quo dicemus exposita prius. M. Agrippæ sententia. Namq; is mediam & parthiam &
persidem ab oriente indo: ab occidente tigris: a septentrione tauro caucaso: a meridie rubro mari termi-
natas patere in longitudinem terdecies. xx. mil. pas. i latitudine. d. cccxl. prodidit. Præterea per seme-
opotamiam ab oriente tigris: ab occasu euphrate: a septentrione tauro: a meridie mari persico inclusam lō-
gitudine octingentorum. Mil. pas. latitudine. ccclx. Chorax oppidum persici sinus intimum a quo ara-
bia eudemon cognominata excurrit: habitat in colle manufacto inter confluentes dextra tigrin: le-
ua euleum. iiii. mil. pas. laxitate conditum est. Primum ab Alexandro magno colonis ex urbe regia du-
rine: quæ tum inferiti deductis: militumq; inutilibus ibi relictis alexandriā appellari iusserat: pagumq;
pelleneum a patria sua quem proprie macedonum fecerat. Flumina id oppidum expugnauere. Postea
Antiochus restituit quintus regum & suo nomine appellauit. Iterumq; infestatum Passiones Sogdo-
naci filius rex finitimorum arabum quem iuba satrapem Antiochi fuisse falso tradit oppositis moli-
bus restituit: nomen suum dedit emunito situ iuxta in longitudinem. vi. Mil. pas. Latitudine paulo mi-
nus. Primo fuit a littore stadiis decem & maritimum etiam in psanda porticus habet. iuba uero pro-
dente. l. mil. pas. Nunc abesse a littore. c. xx. Mil. Legati arabum nostriq; negociatores qui inde uenere
affirmant. Nec in ulla parte plus aut celerius profecere terræ fluminibus inuectæ. Magis id mirum
est estu longæ ultra id accedente non repercussa. Hoc in loco genitum esse Dionysium terrarum orbis
fuit recentissimum auctorem constat: quem ad commentanda omnia in orientem præmisit Diuus

Duplici
modo

Inde pfe-
udo por-
ticus